



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. F. Felicis Potestatis Panormitani Ordinis Minorum S.  
Francisci de Observantia ... Examen Ecclesiasticum**

**Potesta, Felice**

**Coloniæ, 1712**

Cap. II. De prima clausula. Omnes & singuli Sacerdotes.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40060**

quia Pius, Clemens, & Paulus comprehendunt solum casum sollicitationis mulierum in actu Confessionis, pro Regnis Hispania, Portugallia, & Algarbiorum; Gregor. verò dilatat, comprehendendo casus sollicitationis cujuslibet personæ, etiam extra occasionem confessionis in Confessionario, & prototo Orbe terrarum, obligando inluper Confessarios, ut penitentes de tali obligationi moneant, his verbis.

Gregorius Papa XV.

483 **U**niversi Domini gregis curam, &c. statuimus, decernimus, & declaramus, quod omnes, & singuli Sacordotes, tam seculares, quam Ec. Regulares cujuscumque dignitatis, &c. qui personas, quæcumque ille sint, ad inhonestam, sive inter se, sive cum aliis quomodolibet perpetranda in actu Sacramentalis Confessionis, sive ante, vel post immediatè, seu occasione, vel prætextu confessionis hujusmodi, etiam ipsa sacramentali confessione non secuta, sive extra occasionem confessionis, in Confessionario, aut loco quocumque, ubi confessiones sacramentales audiuntur, seu ad confessionem audiendam electo, simulantes ibidem confessiones audire, sollicitare, vel provocare tentaverint, aut cum eis illicitos, & inhonestos sermones, sive tractatus habuerint, in Officio S. Inquisitionis severissimè, ut infra, puniantur. Ec. mandantes omnibus Confessariis, ut suos penitentes, quos noverint fuisse ab aliis ut supra sollicitatos, moneant de obligatione denunciandi sollicitantes, seu ut presertim, et altantes, Inquisitoribus, seu locorum Ordinariis pradietis. Quòd si hoc officium prætermiserint, vel penitentes docuerint non temerè ad denunciandum Confessarios sollicitantes, seu tractantes ut supra, eidem locorum Ordinariis, & Inquisitoribus illos pro modo culpa punire non negligant. **Es. Datum Romæ, Ec. die 30. Augusti 1622.**

484 Bulla igitur Gregor. XV. est retracta, & regula in hac materia, ita ut casus, qui in ea comprehenduntur, sint omnes sollicitationis; secus qui aliter. Ut autem ibi dicitur, & clariùs procedam, singulas articulas expendam, proprios singulos articulas. Interim Confessarios, qui sollicitos in tam gravi negotio satisfacere cupiant, aures erigant, & studiosè animadvertant, horror.

## CAPUT II.

De prima Clausula

Omnes, & singuli Sacordotes,

## QUÆRES I.

485 An Sacerdos jurisdictione carnis, fingens eam habere, comprehendatur prædicta clausula, & sit denunciandus.

**E**um non comprehendi, & non esse denunciandum, tenet Boet. in *Tract. fidei cap. 23. n. 64.* & Leander de *jur. jur. tract. 5. disp. 23. qu. 39.* quia alii Pontifices, & ipse Gregor. in sua narrata epistola se loquuntur de Sacerdotibus de quibus confessiones; unde particulae postulantur.

Omnes, &c. referuntur ad proteritum, & relatum est in referente, Barb. *axiom. tit. 1. ff. de i. ven. Gloil. bof. axion. quens, gen. na. ff. de p. major.*

486 Resp. tamen, omnino comprehendatur, & esse denunciandum ex vi Bullæ Gregor. Dian. *par. 4. tit. 1. res. 8.* Castropal. qui prædictas particulas: Omnes, & singuli, comprehendit omnes Sacerdotes tam distributive, quam collectivè, ut nullus, qui sit Sacerdos, escapatur; simplex autem Sacerdos non approbatus, fingens esse approbatum, veriè propriè est Sacerdos; adeoque comprehenditur; nam eo ipso, quòd fingit esse approbatum, habetur finis à lege Gregor. prætelus, ne pro medicina, veniant, &



## QUÆRES II.

489. *An mandans, fingens se Sacerdotem, & interpret. sollicitent, sicut denunciandus*

**M**andantem Confessario, ut pro se sollicitet poenitentem; eum, qui se fingit Sacerdotem, cum non sit, & interpretem confessionis, si sollicitent in actu confessionis, aut immediatè, vel post, esse ex vi harum Bullarum denunciandos, asserunt Freiras, Escobar, & Trinitarius; quia habetur finis legis, quod porrigant pro pane aspidem, in Ecclesia perniciem. Specialiter de mandante suadet; quia qui per alium aliquid facit, est perinde, ac si per ipsum faciat. Et interpret participat de actu sacramentali, quatenus ad sigillum tenetur.

Resp. non esse ex vi harum Bullarum denunciandos, cum Diana *par. 10. tr. 14. ref. 42. p. 1. tract. 4. ref. 15. par. 4. tr. 5. ref. 9.* Leandro *de sacr. poenit. tract. 5. disput. 13. à 9. 36.* Castropal. *tom. 1. tr. 4. disp. 9. punct. 9. num. 5.* & nonnullis apud ipsos. Probatur, nedum quia odia sunt restringenda, sed etiam ex proprietate verborum legis. Nam lex expressè loquitur de Sacerdote, qualis non est Sacerdos fictus. Item de Sacerdote gerente munus Confessarii, cuiusmodi non est mandans, aut interpret. Nec officit, quod mandans, aut interpret sit Sacerdos, aut Confessarius, quia materialiter se habet, cum possit esse laicus. Tum quia interpret se tenet ex parte poenitentis, non Confessarii; nam poenitens utitur, quando deficiente copia Confessariorum, Confessarius, qui suppetit, est ejus lingue ignarus; & cum onus denunciandi sit expressè impositum contra Confessarium sollicitatem, non contra poenitentem sollicitatum, interpret sollicitans non comprehenditur.

Ratio in contrarium non obstat, quia li.

L1111 2

cet

pane aspidem porrigat, in Ecclesia perniciem. Et ita, si poenitens accedat pro confessione ad simplicem Sacerdotem, quem putat esse confessarium, ille verò eam linquens in bona fide excipiat, & in confessione, aut immediatè post, vel ante, etiam confessione non secuta, aut absolutione non data, sollicit, est denunciandus. Suam sententiam vocat Bord. *in man. consulti. de anno 1693. foli. 25. num. 5.*

487. Ad rationem in oppositum. Greg. in principio Bullæ loquitur de Sacerdotibus deputatis, non ex propria mente, sed referendo expressè dispositiones suorum antecessorum, qui de deputatis loquuntur, illasque confirmat; & post earum confirmationem, in odium tanti sacrilegii, motu proprio dilatat onus denunciandi tam quoad casus, quam quoad personas tam sollicitas, quam sollicitantes, quod ut vidimus n. 482. alii Pontifices non fecerunt; unde dispositio Greg. refertur ad Sacerdotem deputatum; non restrictione verè deputati, sed sub universalitate veri Sacerdotis; & quia simplex Sacerdos fingens se deputatum ad confessionem, est verè Sacerdos; ideo comprehenditur sub lege Gregor. tum quia *leges intelligende sunt secundum proprietatem verborum, l. non aliter, ff. de legat. 3. leg. fin. Cod. de his, qui voc. Gloil. addit Clem. II. de rescript. Barbo. axiom. 122.* & lex generaliter loquens, generaliter est intelligenda, *l. de pretio, ff. de publica in rem act. ex cap. solita de major.*

488. Nec officit, quod à simplici Sacerdote non fiet Sacramentum, præsertim si non absolvet; 1. quia accusatio est sacramentalis, quantum sufficit ad obligationem sigilli sacramentalis; 2. quia Greg. non requirit confessionem, ut patet per illas particulas: *Confessione non secuta. v. n. 536.*



ecet militet idem finis, non militat eadem pena, quoniam lex eos non expressit, cum potuisset, quod indicat eos comprehendere non voluisse, juxta illud, *lex si aliquid voluisset, expressisset*, l. un. §. *in autem*, C. de Caduc. toll. l. si *servum*, ff. de acquir. hered. §. *Prator*, v. non dixit, C. Audientiam 21. de decim. Pelliz. tr. 6. cap. 2. n. 123. & cap. 6. n. 24. item ex reg. juris in 6. reg. 15. in odiosis non valet argumentum de casu expresso ad casum non expressum, de persona ad personam ex identitate, aut similitudine rationis; nam expressio rationis non extendit legem, quia lex odiosa non minus pendet à voluntate legislatoris, quam ab ejus ratione. Rodr. tom. 1. q. 11. art. 6. §. 14. & q. 47. art. 1. in fine. Port. ver. lex in addit. n. 13. Bord. tom. 4. p. 3. ref. 149. n. 59. & Com.

Ex his sequitur, quod laicus, aut Clericus, non Sacerdos fingens se Sacerdotem, & Confessarium, si sollicitet, non sit denunciandus; bene verò Sacerdos, si fingat se Confessarium; secus, si non fingat se Confessarium. Tancr. tom. 4. tr. 1. de pœnit. q. 11.

490 Dico tamen, eos esse ex alio capite & ex aliis Bullis denunciandos. Leander cit. & Diana p. 9. tr. 9. ref. 32. quia sunt suspecti in fide, quia et unus abutuntur Sacramento, non minus, quam qui abutuntur hostia consecrata ad thesaurum inveniendum. Maxime ex Constit. Gregor. XIII. contra eos, qui se Sacerdotes simulant confessiones excipiunt. Requiritur autem, ut absolutionem etiam dederint; quia non censentur Sacramentum Pœnitentiæ administrasse, si absolutionem non dederint. Castrop. cit.

#### QUÆRES III.

491 Confessarius sciens hoc mane tali hora Catharinam ad ipsum accersuram pro confessione, posuit in Confessionario non Sacerdotem,

*fingentem se Confessarium, qui matrem occidentem sollicitavit, ut rem haberet cum Confessario; An sit denunciandus?*

**R** Esp. pœnitentem non tenet denunciare sollicitantem, quia non erat Sacerdos nec ipsum Confessarium, quia est matrem juxta dicta n. 9. Tancr. tom. 4. de pœnit. 1. quæst. 13.

Si verò, quando fuit actus sollicitationis, sive in actu confessionis, sive pœnitentiæ confessionem, sive in Confessionario Confessarius fuit præsens, tunc est denunciandus non minus, quam si dedisset alicui licentiam sollicitationis domi legendam, per quod quia tunc ipse loqueretur in honore matris muliere mediante alio tamquam si loqueretur sibi conjuncto, plus quam in media sententia. Tancr. cit.

#### QUÆRES IV.

492 Confessarius casu auditur confessionem cujusdam mulieris, quam ipse sollicitavit, cuo alio Confessario, & cognoscens mulierem facilem ad peccata carere, cum immediate insecutus post confessionem, ab ea inhoneſta requisivit. An denunciandus?

**R** Esp. non esse denunciandum. Tancr. q. 27. quia Bullæ loquuntur de Sacramento audiente confessionem, ut Confessarius. Hic autem auditur furtum confessionem, etiam cum alio Confessario, & non ut Confessarius; materialiter enim se habet, quod Confessarius, quoniam talis auditur pœnitentem esse laicus.

Eadem ratione Diana par. 10. tr. 1. ref. 42. §. unde ait; non esse denunciandum qui tractibus, aut signis provocat matrem, dum alteri confitetur, quia licet sit in Sacramento, non inferit ut Confessarius, sed ut extraneus, qui potest esse laicus.



QUÆRES V.

CAPUT IV.

493 An Confessarius sollicitans teneatur denunciare seipsum?

R Esp. non teneri. Leander cir. q. 42. Diana p. 1. tr. 2. 4. res. 8. quia nemo tenetur prodere seipsum, ex cap. Aliquando de penis dist. 1. v. n. 609. & quilibet à denunciando excusatur, quando ex denunciatione probabiliter, & prudenter timet periculum. propter famam, vitam, honoris, &c. quia præcepta humana non obligant cum gravi nocumto. Leander cir. q. 44. Peyr. & alii apud ipsum.

QUÆRES VI.

494 An mulier sollicitans sit denuncianda

R Esp. negativè, quia lex Confessarium, non penitentem sollicitantem exprimit. Hinc roboratur resolutio n. 489, Imò mulier denunciando, supra confessit, non tenetur suum manifestare consensum, quia materia denunciationis est sollicitatio, seu actus inhonestus Confessarii, minime mulieris, seu penitentis. Confessat ex Bulla Greg. n. 483. Diana p. 1. tr. 4. res. 23. Bord. in man. consult. sect. 25. n. 168.

CAPUT III.

De secunda Clausula

Persona, quacunque illa sint.

495 Sub quibus terminis, ex proprietate verborum, veniunt foemina, & mares, puella, & pueri rationis inexpertes; solent enim ut advertit Bord. cir. n. 19. parentes suos filios quinque, aut sex annorum præsentare Confessariis, ut illos ad hoc Sacramentum paulatim alliciant; unde si tunc Confessarius aliquem puerum, aut puellam ex istis sollicitet, est omnino denunciandus.

De tertia Clausula

Ad inhonestam.

496 N Omine inhonesti veniunt solùm actus venerei. Unde Confessarii sollicitantes in confessione penitentes ad alia crimina, puta furti, homicidii, non sunt denunciandi. Diana par. 1. tr. 4. res. 20. par. 4. tr. 5. res. 17. & ex praxi DD. Inquil. idque ex vi Bullæ Greg. Ex alio autem capite sunt suspecti de hæresi, & cognoscuntur ab Inquisitoribus, ex abusu scilicet sacramenti. Bord. in man. consult. sect. 25. n. 122.

498 Sollicitatio igitur, quæ onus denunciationis parit, est tentatio à Confessario ad verius penitentem facta ad inhonestam. Ad inhonestam tentare dicitur provocando, invitando, aut alliciendo verbis, aut signis de se ordinatis ad actus venereos. Signa sunt oscula, tactus impudici etiam sui ipsius Confessarii, tactus manuum penitentis sine causa, missio osculi manibus, studiosa compressio pedis, aut oculi, & similia signa amatoria, quibus amantes uti solent ad invitandum, aut alliciendum aliquam personam ad sui amorem.

499 Quod est verum, etiam si sollicitatio fiat per signa venialiter inhonestam, nempe leviter indicativa amoris lascivi, quia licet tales actus sint ex se leves, ex circumstantia tamen temporis ministrandi Sacramentum, cum qua sunt conjuncti, sunt graves, & mortales; ac proinde pariunt onus denunciationis. Leand. cir. q. 12. Diana p. 10. tr. 14. res. 44. contra Soufa, Castrop. & Tancredi de penit. tr. 1. q. 10. tom. 4. dicentes, non esse denunciandum Confessarium, si penitentem tactibus ex se honestis tangat solùm ex circumstantiis venialibus, & penitens LIII 3 cognoscat